ego ex ore altissimi prodivi universitatis conditrix et effectrix id est filius dei
per quem omnia et in quo omnia, quia apostolus dixit: in ipso constituta sunt
universa in caelis et in terra visibilia et invisibilia sive throni sive virtutes
sive dominationes sive principatus sive potestates. omnia per ipsum et in ip
so condita sunt et ipse est ante omnia et omnia ipsi constant. Hinc et Salo
mon cum sit inquid una omnia potest et permanens in se omnia innovat
et per nationes in animas sanctas se transfert. Quod confirmans apostolus ait
in interiorem hominem habitare Christum, ut per quem a principio omnia fac
ta sunt per ipsum in fine cuncta salventur. Sed dicis mihi omousion quod
est unius essentiae nomen ob hoc nominari non oportere, quia in scriptu
ris divinis non contineatur. quaero autem o homo qui hoc prohibes utrum
ideo nominari non debeat quia scriptum non est, an quia credi ita non licet.
Quod si ita credendum est, cur non ita profitendum? Corde enim inquid
apostolus creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Aut si
ideo nominandum non est, quia nec ita credendum, obtinuit arrianae labis
adsertio, quae ideo patrem et filium unius essentiae denegavit, quia filium
dei modo ex nihilo, modo ex patre, sed ab alia substantia, quando voluit et quo
modo voluit et unde voluit factum inducit, dum modo aliunde eum et non
de deo quo pater est extitisse confingat, quem et si natum dicit sed hoc dicto
tenus, quia rursus omne quod creatum est factum intellegit, eo quod et nos
a deo geniti appellamur, quos constat esse facturam. Vel si arrianus non
es et verum filium de vero patre natum non factum agnoscis, cur non eum
cum patre unius substantiae confiteris? frustra times o homo profiteri
quod credis, aut frustra credis si ita non credis. et merito hereticus deno
taris et quamquam nunc inmutaveris dictum, quo putaris prohibuisse
dei filium nuncupari facturam. Sed cum subiungis sicut aliquid ho
rum quod factum est ex aperto ostendis non ob hoc facturam dici nolu
isse quasi non debeat factus intellegi sed non ita factum ut sicut aliquid
horum quod factum est ex aperto ostendis non ob hoc facturam dici nolu
isse quasi non debeat factus intellegi sed non ita factum ut sicut aliquid

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0151